

Zeitschrift: Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum

Herausgeber: Litteris Conradi Orellii et Soc.

Band: - (1752)

Heft: 28

Artikel: Ao de Guilielmo Postello

Autor: Postellus, Guilielmus

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-394731>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 21.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

ANEKDOTA
de
GUILIELMO POSTELLO.

* * *

Communicavit mihi literas , quas ad illum scripsisti Oporinus noster , quoniam illa rum ratio maxime ad me pertinebat , mi Domine PELLICANE , unde quum nondum hinc discedam , volui ad illas respondere. Primo itaque tibi de summo illo candore , quem tibi excellentissimum ut si cui mortalium concessit Deus , gratias habeo quas possum maximas , æternas aliqui habiturus , quia ita non tantum mihi homuncioni ignoto & omni præsidio virtutis aut sapientiae destituto , sed etiam cuivis bene usuro tua omnia communia esse cupis & facere satagis. Dolet vero vehementer , quod tibi illum titulum curaverim scribi , qui a te non potuerit intelligi. Ambigua illa vox nominis מנהם in causa fuit , quia multi sunt qui hoc nomine *Menachem* scripsere. Sed unus , meo judicio , est , quem petebam Recanati , qui hoc nominis mihi videbatur habere. Erraverim in nomine *Menachem* , certe est unus , qui ex eo quod in urbe Racanati non longe ab Ancona ante 200. annos scripsit , nomen Racanati habet , qui in *Genesim* & cæteros libros צלחות (*) scripsit , & est excusus in Quarto semel a *Daniele*

Tom. VII.

R r

Bom-

(*) Ad marginem exteriorem hæc adscripta sunt:
דרך הקבלה או הסורות

Bombergio & semel a Justiniano , ea videlicet forma
 voluminis , qua & sunt פָּרָקִי ר " אַלְיוֹזָל . cuius
 Racanati nomen me puto in tuorum Librorum
 indice vidisse , ut vidi certe. Hunc petebam si
 habes. Cæterum non possum non vehementissi-
 me laudare & admirari divinam in te Providen-
 tiā , quod tibi hunc animum fecerit , ut tua
 omnia ad ejus gloriam & ad erroris potissimum Ju-
 daici perfidiam refellendam communia cuvis in
 hunc finem usuro cupis esse , quod eo etiam lu-
 bentius facio , quia simili plane animo quum in
 Judæos omnes , tum maxime etiam in Is-
 maelitas & Alcoranistas sum. Quæcunque enim
 unquam , quantiscunque laboribus aut studiis con-
 quisivi , illud vellem omnino cuvis alteri in Dei
 gloriam relaturo esse commune. Quod autem ita
 flagras de *Talmude* abdendo , certe piissime facis.
 Verum quum ea via fieri non possit ut aboleatur ,
 typis multiplicatum & evulgatum satagendum est ,
 ut latissime ipsius pateat absurditas , sicut & *Alco-
 rani* ; ut videlicet quæ sunt tam impia , nefaria ,
 excogitata turpia , absurdâ refellantur , atque
 uti miser sorex indicio pereat suo ; & contra , ex
 iis , quæ in utraque farragine sunt vero consona ,
 decerpantur quæ contra perfidiam nostra confir-
 ment : qua in re pridem etiam meditari incœpe-
 ram & peragam , cum alicubi conquievero. Gau-
 derem certe admodum , ut tui illi labores versi-
 onis incœptæ , nisi potes peragere ob ætatis jam
 affectæ rationem , ad manus meas pervenirent ,
 certe ego conarer , licet non sim dignus qui in
 tanto Opere post tantum Virum ausim vel mini-
 mi Discipuli locum obtinere , ut tuus labor non
 periret. Si possim haberi (nam non ausim spe-
 rare

rare ut sim unquam) a te dignus, qui hoc beneficium & jam exasciati, imo jam fundati tanti operis munus a te acciperem, revera ego me felicissimum judicarem, & conarer, non ut aliquid tanti Viri laboribus adderem, sed ut ab ipso incepsum opus olim quantumvis dissimili & longe inferiori architectonice absolverem, quam ad rem una cum animo est mihi adhuc firma ætas. Nam hi labores tui maximum gradum facerent ad futura: Licet enim & (*) *Zoharem* & *Bahir* libros verti, & in *Targumis* utcunque promovi, nondum tamen in lingua illa Thalmudi, & potissimum Babylonici ita promovi, ut possim facile quicquam præstare, nisi prævio hujus tuæ versionis beneficio; quo si tibi ut utar placuerit, spero fore ut revera filio ab ingratitudinis nota alienissimo tantos sudores transmittas. Sive autem fuero hic Basileæ, sive Bisuntii, parum refert. Nam paulo longius hinc abest Bisuntium quam Friburgum, ubi agit *Schrekenfuchs* cuius merito (uti hominis in utraque lingua exercitatissimi) judicium maximi facis & ambis amicitiam. Doleo quidem vehe-

R r 2 men-

(*) Jos. Simlerus in *Bibliotheca inter Postelli MSS.* refert. 1.) *ZOHARIS* opus super librum Geneseos ex Chaldaeo translatum: in quo innumera latent secreta & mysteria, ac ostenduntur, priscam priscorum Mosis auditorum doctrinam omnino esse conformem Doctrinæ evangelicæ & reformationi Judaicæ, a Christo inculcatæ & suo sanguine confirmatæ. 2.) Liber *BEHIR* ex Chaldais translatus; in quo successus regni Christi videtur.

menter , quod illi sim in omni genere Doctrinæ inferior ; sed verum tibi in me filium audebis pôl. liceri affectu observantissimo nulli unquam cessu- rum. Ille longe grandior est , quam qui egeat illis micis Dominicæ mensæ , quibus hic catellus. Hæc apud te liberius , sed veluti apud Patrem a filio sint dicta , Tu tanquam pater judica , non quid filius , sed quid ratio velit. Vale mi D. ho- noratiss. Pellicane. 5. Julii 1553.

Commenda nos D. Bibliandro , Bullinger , Galtero , Gesnero etiam : Et ut meminerit Bullingerus rerum nostrarum.

Inscriptio : D. CONRADO PELLICANO ,
Dñs suo obseruandissimo.

Tuus ex animo in Christo
Guilielmus Postellus.

* * *

NUnc vero præclara occasio se obtulit , PEL- LICANE doctissime , ut possis multum de Christiana Republ. contra perfidiam Judaicam mereri , si illos errores , injurias , blasphemias , quas verpæ illi appellæ contra Christum suum Re- gem excogitarunt , & in suo Talmudo Babylonicō reposuere , evertere satages. Laborat nunc ista Respubl. ut Talmud proscribatur ex orbe Christiano ob impietatem contra Christum excogitatam in ea farragine. Et quia hac in re puto futurum , ut mihi pars Talmudi detur discutienda , Te volo quantum possum rogatum , ut ex illis quæ legisti & vertisti de Talmudo , si quid tibi in mentem venit , quod vehementer blasphemum contra Chri- stum aut Christianos legeris aut notaveris , illud mihi

mihi notare , & in quanam parte , sive in qua
 נסכהת aut פָּרָק inveniatur digneris significare , eo
 quod nunc multis illisque gravissimis & necessitati
 conjunctissimis curis premor , ita ut hoc non li-
 ceat donec me explicavero his tricis . Tuum suf-
 fragium primo in loco ponetur ad hoc monstrum
 profligandum . Ut enim est præstantissimum Theo-
 logizandi genus in Zohare & secretis Disciplinis ,
 ita in hoc mendaciorum centone sunt conserva-
 tæ nefariæ illæ traditiones , quas Christus tam fre-
 quenter in Evangelio improbabavit condemnavitque .
 Commendabis nos interea Bibliandro nostro .

Guilielmus Postellus.



Salus per Jesum Christum . Nactus occasi-
 onem superioribus mensibus ad Guilielmum PO-
 STELLUM scripsi : satisque multis verbis hortatus
 sum , ut quod esset pollicitus , de Grammatica
Arabica , reipsa præstaret , tandemque aliquando
 edere inciperet . Memineram enim te mihi , cum
 istic a vobis humanissime acceptus essem , istud
 ipsum in mandatis dedisse . Tui igitur nominis &
 D. Th. Bibliandri autoritate feci , & jure utens
 amicitiæ , & consuetudinis quæ mihi cum illo in-
 tercesserat ; quæ omnia debent aliquid ponderis
 apud hominem non inhumanum habuisse . Sed
 quid tamen effecerim , nondum rescire potui : tan-
 to enim locorum intervallo a nobis disjunctus est ,
 ut raro aut nunquam recta ad nos commeent il-
 linc nuncii . Sed spero tamen brevi aliquid me
 auditurum : expectamus enim quotidie Jo. Curie
 Britonem revolaturum ad nos , si patietur valetu-

R r 3 do :

do : nam principio veris quartana cognovimus ex nuntio afflictum fuisse. Si quid quoquo modo resciero , id non te cælabo , si modo intellectero id tibi non ingratum futurum esse. Jam de nostro statu , deque studiorum Lausannensium ratione melius tibi coram verbis nuntii exponent , quam ego literis : Pii sunt tres fratres & studiosi , inter quos excellit *Nicolaus* , acutus disputator , & diligenter Lutetiae in Dialectica Aristotelis versatus: vixit hic admodum integerrime καὶ ἀμωμῆτος. De clade Metensium arbitror vos nimium vera audisse , quare illis supersedendum arbitror. Dominus ulciscetur , cum illi visum fuerit , non ad præscriptum humanum. Nescio an debeam quicquam de rumoribus Galliæ scribere. De Filio Principis Turcarum in Galliam brevi venturo , cui aiunt Regem Francorum filiam suam in matrimonium daturum , simul ac ille baptismum accepit Christianum. Alii dissiparunt , idcirco in Galliam venturum , quod chœradibus deformatus sit , quas Francorum Reges solent tollere & persanare : Sed incerti rumores sunt καὶ ἀδεσπότοι. Illud nimis verum , Turcam apparare maximam Classem. Deus & Dominus Dominatum bene vertat ! Vale 1543. 22. April. Christus te suo Spiritu quotidie magis ac magis cumulet. Amen.

Tuus Joannes Ribittus.

Velim mihi salutes , si non est molestum , *Michaëlem Adamum* , quem abhinc quinquennium hospes novus hospitem novum domi tuæ vidi.

Inscriptio : D. Conrado Pellicano , Hebraico Professori eximio.

Tiguri.

Libri

Libri a G. POSTELLO conscripti,
atque editi.

1. Alphabetum, introductio & legendi modus,
Linguarum XII. characteribus differentium:
nempe Hebraicæ, Chaldaicæ, Chaldaicæ re-
centioris, quam a transitu fluminis vocant:
Samaritanæ, quæ prisca Hebraica est: Arabi-
cæ vel Punicæ, cuius integra Grammatica sub
compendio traditur: Indicæ, Græcæ, Geor-
gianæ, Tzeruianæ, Hieronymianæ vel Illyri-
cæ, Armeniæ, Latinæ. In singulis autem
illis rarissimas Christianorum in diversis orbis
partibus agentium historias habes, quibus illæ
Linguæ (præter Arabicam, Hebraicam & Sa-
maritanam) sunt in sacrorum usu ac Gramma-
ticis communes. Excudit Parisiis Dionysius
Lescuier. 1538.

2. De Originibus seu de Hebraicæ Linguæ &
Gentis antiquitate, deque variarum Linguarum
affinitate Liber. Ibid. 1538. 4.

3. Grammatica Arabica. Parisiis ap. Petr. Gro-
morsum, excudebat P. Vidoveus Vernotierensis.
1538. 4.

*Nisi forte legendum sit 1548. Vide supra
Ribitti Epistolam.*

4. De Magistratibus Atheniensium Liber Basileæ
apud Joh. Oporinum. An. 1543.

*Iterata editio Lips. 1691. 8. & in Gro-
novii Thesaur. Antiquq. Græc.*

5. De Republica Turcica ad Franciscum Gallo.
rum Regem. Libr. II. Idem Liber Gallice edi-
tus hoc Titulo : *La Republique & Religion de
Turcs & de l'Empire Turc : & l'histoire de l'Origine
des Tartares, Persiens, Arabes, Turcs. Poitiers
per Enguibert de Marnex.* 1560. 4.
6. De Orbis terrarum Concordia Libr. IV. Basi-
leæ apud Jo. Oporinum. 1544. fol.

*Recusus est Liber primus Parisis ap. Petrum
Gromorsum. Sine nota temporis in 8.*
7. Syriae Descriptio. Primum edita an. 1540.
Repetita in Temp. Helvet. Tom. II. Sect. III.
p. 349--378.
8. ΠΑΝΘΕΝΩΣΙΑ. Compositio omnium dissidio-
rum circa æternam veritatem aut verisimilitudi-
nem versantium ; quæ non solum inter eos,
qui hodie infidelium, Judæorum, Hæretico-
rum & Catholicorum nomine vocantur, orta
sunt & vigent, sed jam ab admissis per pecca-
tum circa nostrum intellectum tenebris fuere
inter Ecclesiæ peculiaris ac communis membra,
Scriptore ELIA PANDOCHEO.

*Sine loci & anni notatione. Constat tamen
impressum fuisse Basileæ apud Oporinum.
Annus tamen 1550. diferte expressus est pag.
86. Libri.*
9. Cardelabri typici in Mosis Tabernaculo jussu
divino expressi brevis ac dilucida interpretatio.
Venetiis. 1548.

XO. De Nativitate Mediatoris ultima, nunc futura & toti orbi terrarum in singulis ratione præditis manifestanda. Opus, in quo totius Naturæ obscuritas, origo & creatio ita cum sua causa illustratur exponiturque, ut vel pueris sint manifesta quæ in Theosophiæ & Philosophiæ arcanais hactenus fuere, Auctore Spiritu Christi, exscriptore GUIL. POSTELLO, Apostolica Professione Sacerdote. Sine loci & temporis nota. 4.

Jos. Simlerus tamen in Bibliothec. ad an. 1547. refert, atque diserte notat eum Basileæ fuisse excusum a Jo. Oporino & constare Quatern. 23.

XI. Absconditorum a Constitutione mundi Clavis, qua mens humana tam in divinis quam humanis pertinet ad interiora velaminis æternæ veritatis: G. POSTELLO ex divinis Decretis exscriptore: Una cum Appendice pro Pace Religionis Christianæ: Editore A. Franc. de Monte S. Amstelod. 1646.

Jos. Simlerus memorat primum fuisse excusum hunc Librum Basileæ ap. Oporinum ac constare chartis 6. & dimid. in 16.

X2. De Etruriæ regionis, quæ prima in orbe Europæo habitata est, originibus, institutis, religione & moribus: & in primis de aurei Sæculi doctrina & vita præstantissima, quæ in Divinationis S. usu posita est, G. POSTELLI Commentatio. Florentiæ. an. 1551. 4.

Exhibetur quoque in GRÆVII Thesauro Antiqu. Italicarum.

13. De vinculo Mundi Liber, in quo fidei summa capita naturalibus rationibus probantur. Parisiis ap. Martin. Juvenem. 1551.

14. De Phœnicum Litteris, seu de prisco Latinæ & Græcæ Linguæ charactere, ejusque antiquissima origine & usu Commentatiuncula: In qua ostenditur, quomodo ex una Phœnicum lingua & Latini & Græci Characteres ortum ducent, ut hac ratione excitetur Christianismus ad primæ Linguæ mundi admirationem. Parisiis ap. Vincentium Gaultherot. 1552. in 8.

Juxta Jos. Simlerum excusus est hic Liber
Parisiis ap. Martinum Juvenem.

15. De Linguæ Phœnicis sive Hebraicæ excellētia & de necessario illius & Arabicæ penes Latinos usu Praefatio, aut potius locutionis humanæve perfectionis Panegyris. Viennæ Austriae opera Michaelis Zimmermanni. MDLIV.
in 4.

*Iterata ejus editio cura Cl. HASAEI in Bibliotheca Bremens. Class. VII. Fascic. II.
pag. 193--233. prodit.*

16. Tabulæ in Astronomiam, Arithmeticam theoreticam & Musicam theoricam. Parisiis 1552.

Singulæ Tabulæ singulis constant foliis.

17. Abrahami Patriarchæ Liber JEZIRAH inscriptus: id est *Formatio*, ex Hebræo in Latinum translatus a POSTELLO. Parisiis 1552.

Expo-

Exponitur hoc Libro Creationis mundi opificium, sicut ante mundi constitutionem Deus ordinaverat in sua Sapientia, tam æterna quam creata, illa videlicet quæ ab initio & ante Sæcula non tantum erat, sed etiam creata erat, quæ a Philosophis dicitur, Mens aut Intellectus agens & possibilis in unum conjunctus: Ut tradit JOS. SIMLERUS in Biblioth.

18. Eversio falsorum Aristotelis Dogmatum: Autore JUSTINO Martyre, G. POSTELLO interprete. Parisiis apud Sebast. Nivellum. 1552. in 12.

19. Liber de Caussis seu Principiis & Originibus Naturæ utriusque: In quo ita de æterna rerum veritate agitur, ut & authoritate & ratione, non tantum ubivis particularis Dei Providentia, sed & animorum & corporis Immortalitas ex ipsis Aristotelis verbis recte intellectis & non detortis, demonstretur clarissime. G. POSTELLO authore. Parisiis. ap. Nivellum.

Memoratus in Catalogo Bibliothecæ Bodlej.

20. La Mere Jeanne. h. e. Les très merveilleuses Victoires des Femmes de ce Monde. Paris ap. Jehan Ruelle. 1553. in 12.

Jos. SIMLERUS de hujus Libelli argumento hæc habet: Docet Libello de fæmineæ naturæ excellentia gallice scripto inter ceteras ingenio & pietate singulari Fœminas, unam necessario dari Christo instar cordis cum cerebro conjunctissimam, quæ sic super omnes

omnes Fœminas mundi post Virginem Matrem excellat, Salva Divinitate, sicut Christus omnibus hominibus antecellit.

21. De Rationibus Spiritus S. Parisiis apud Gromosum. 1553. in 8.

22. Sacrarum Apodixeon seu Euclidis Christiani Libr. II. Parisiis. 1553. 8.

23. Signorum cœlestium vera Configuratio. Parisiis ap. Henr. Gromosf. 1553. 4.

Iterata editio sub Titulo : de Cosmographica Disciplina, Lugd. Batav. apud Jo. le Maire. 1636. in 12.

24. La Doctrine du Siècle d'oré, h. e: de Evangelio Jesu Christi Regis. Parisiis apud Ruelle. 1553. in 12.

25. De Universitate seu de Cosmographia, præsertim Terræ Sanctæ. Partes II. Parisiis apud Martinum Juvenem. 1553. in 4.

Iterata editio Lugd. Batav. 1635. in 8.

26. Alcorani seu Legis Mahometi & Evangelistarum Concordiæ Liber : In quo de calamitatibus orbi Christiano imminentibus tractatur. Additus est libellus de universalis Conversionis Judicii tempore Conjectatio, ex divinis ducta Auctoribus, veroque proxima. Parisiis 1553. in 8.

27. Evangelium Jacobi frattis Jesu Christi de ad.
mirabili nativitate & incunabulis Virginis ma-
tris Mariæ & ipsius Jesu, e Græco vetustissimo
Codice translatum. Basileæ impressum a Jo.
Oporino in 8. Scil. Cum Theod. BIBLIANDRI
Libro de Vita Marci Evangelistæ.

28. De Originibus, seu de varia & potissimum
Orbi Latino ad hanc diem incognita aut incon-
siderata Historia, cum totius Orientis, tum
maxime Tartatorum, Persarum, Turcarum
& omnium Abrahami & Noachi alumnorum
origines, & mysteria Brachmanum retegente:
Quod ad gentium litterarumque quibus utun-
tur rationes adtinet, ex Libris Noachi & Ha-
nochi, totiusque avitæ traditionis a Mosis alum-
nis ad nostra tempora servatæ, & Chaldaicis
litteris conscriptæ, a G. POSTELLO posteri-
tati eruta, exposita atque proposita. Basileæ
ap. Jo. Oporinum. an. 1553.

*Constat Chartis 8. & dimid. in 8. cum ta-
bula unius chartæ, teste SIMLERO in Br-
iblioth.*

29. Cosmographicæ disciplinæ compendium.
Basileæ ap. Oporinum. 1561. in 4.

Iterata est Editio Lugd. Batav. 1636.

30. Apologia pro Serveto Villanovano de Anima
Mundi, sive de ea Natura, quæ omnino ne-
cessaria est, & habenda est media inter æternam
immobilemque & creatam mobilemque, est
que consubstantialiter in ipso Christo, sicuti est
etiam

etiam habenda, contra aspergines & præcipitatum Calvini in hanc causam judicium. G. POSTELLO, Restitutionis omnium Primo genito, a Calvino hac in causa maligne perstricto, Autore.

Hanc Apologiam an. 1748. Summe Venerandus MOSHEMIUS in Historia Serveti Critica ex αὐτογράφῳ, quod in Bibliotheca Basiliensi asservatur, in lucem produxit a pag. 466. 499.

31. Judicium Postelli de Stella peregrina, quæ an. 1572. apparere incœpit, impressum in 4. Teste Jos. Simlero in Bibliothec. Gesner.

Qui scire desiderat, quæ quantaque POSTELLUS præterea conscripserit Meletemata, quæ edita hactenus non sunt, sed hinc inde in Bibliothecarum forulis delitescunt, adeat JOS. SIMLERI *Bibliothecam* Gesner. p. 261. ubi integrum eorum Catalogum exhibet, quem sibi a Postello communicatum esse dicit. Idemque pag. 263. monet: *Aduxit præterea idem Postellus ex peregrinationibus suis duabus in Syriam & regiones ad orientem sitas, quam plurimos optimos libros, Arabice & aliis linguis externis scriptos, qui a nobis sparsim suo loco quique indicantur.*